Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692496-p0001-3

Ung VI 182

Occasionalia
potissimum Carmina
vol. 22
VI-182.

VI-182.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692496-p0002-8

98

Monumentum

Candidi Animi,

Quod

VIRO

Summe Reverendo, Magnifico, Excellentiſſimoque,

DOMINO

VALENTINO ERNE-STO LOESCHERO,

SS. Theol. Doctori, eiusdemqve in Academia Vitembergenſi hactenus Profeſſori Publ. longe Celeberrimo, nec non Alumnorum Saxon. Ephoro Graviſſimo,

Nunc vero

Templi Cruciani, qvod Dresdae eſt, Paſtori, & Dioeceſeos illius Antiſtiti, ut & Senatus Eccleſiaſtici Summi Aſſeſſori vocato,

Auditori olim ſuo Optimo,

jam vero

Domino & Patrono ſuo Magno,

Dresdam

D. XXX. Jul. A. MDCCIX.

abituro,

offerre voluerunt

Loeſcheriani Nominis

Sinceri Cultores.

VITEMBERGAE Literis CHRISTIANI SCHROEDTERI ACAD. TYP.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692496-p0003-4

ΛΟΙCΧΗΡΟΥ, Μεγάλοιο ΠΑΤΡΟC, Μέγα ΤΕΚΝΟΝ ἀείδειν
Ὄυπως ἡ Μέσῃ, ὡς θέμις ἐςὶν, ἔχει.
Τόν ῥα γὰρ Ὑψιμέδων ΘΕΟC Ἀρχιερῆα ἵησιν
Ἐις κλειτὴν ΔΡΕΣΔΗΝ, ACTΥ ΑΝΑΚΤΟC ἐόν,
Τίς μὴ θαυμάζει πειδὼ τόσοιο ΘΕΑΝΔΡΟΥ,
Τίς μὴ ἐυκλέιει ποικίλα δῶρα Νόυ;
Ἀυτὰρ νῦν γῆρας γερῶν καλλίςυ ἀοιδῆς
Ποιητȣ̃ λήγει ἐυξαμένοιο μόνως,
Ἐυθαλέοι τε ΠΑΤΗΡ ΠΑΤΡΙΔΟC, ΒΑCΙΛΗΙΟC ΟΙΚΟC,
Ἠδὲ ΜΕΓΙCΤΑΝΕC, πᾶς τ᾽ ἐνὶ Χώρᾳ ὅλῃ!
Καὶ ΛΟΙCΧΗΡΙΑΔΩΝ πολύκαρπον τȣ̃νομα αἰὲν
Ἐν τῇ ἐυλογίῃ ἔνθα καὶ ἔνθα μένοι!

EPIGRAMMA

In Diſputationem de Renovatione ſive Sanctificatione d. XXII. Jul. Anno 1709. a Summe Rev. DN. PRAESVLE ex Cathedra LVTHERI in ſplendidiſſimo AVDITORVM CONSESSV ultima vice habitam, pariter & Valedictionem ſolennem, diſputationi ſubiunctam.

QVantus erat *Cathedrae Lutheri* a Nomine ſplendor,
Qvam LOESCHERIADAE condecorabat honor!
Totius Illuſtris fulgebant LUMINA PINDI,
Qvum VALEDICTURI verba ſuprema forent.
Ipſe AARON alter ſuccendit thura precesqve,
Commendaturus REGIA Sceptra DEO.
Sancta parabantur tum a Sancto vota THEANDRO,
Vota, qvibus NUMEN pondus ineſſe ſinat!
Sit DOMINUS TECUM! Sic HOC COMITANTE videbis,
Contra TE Satanam poſſe valere nihil.
Ex pelvi eſt fulgur, qvod peſſimus ille Sophiſta
Eructans vomuit, dans ſine mente ſonos.

Alexandriniſches Sonnet/ nach Anleitung des Anfanges des XII. Capitels Geneſeos.

לך לך יהוה עמך׃

Muß auch gleich Abram dort von ſeiner Freundſchafft gehen/
Aus ſeines Vaters Hauß/ und aus dem Vaterland!

Ein

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692496-p0004-0

Ein Ort ward JHM beſtimmt / der damahls unbekand:
Und dennoch ſolts um JHM vor andern glücklich ſtehen:
JHN ſolt ein groſſes Volck / als groſſen Mann erhöhen:
JHM ward vom höchſten GOtt der Seegen zugewandt;
JHN führte wunderlich deſſelben Wunder-Hand;
Wolt auch ein Unglücks-Sturm den Glücks-Weg ſchon verwehen.
ER geht / Hochtheurer Mann / von Seiner Freundſchafft auß /
Und läſt ſtehn dieſem Ort / und Seines Vaters Hauß;
Doch / weil der Himmel ſelbſt JHN rufft nicht ohne Seegen /
So muß nunmehr diß uns nicht gehn beſchwerlich ein.
Drum ruffen wir / Glück zu! zumahl wenn wir erwegen /
ER ſoll / als Abraham in Gottes Hauſe ſeyn!

ἐυφρονέων τε καὶ κατ' ἀξίαν ἔδω
ἀυτοσχεδιάζων

M. Johann Peisker / P. L. Caeſ. Lyc.
Oppid. Vitemb. Rect. h. t. Emer. & Illuſt. Soc.
Teuton. Collega.

QVos clara uirtus euehit ad polum,
Intaminatis ſemper honoribus
Fulgent, et illos iure uates
Carminibus celebrare ſuerunt.

Proinde voti ſumma foret mei,
LOESCHERE, *Pergrande Euſebies Decus*,
Ut Pindari more atqve Flacci
Carmine *Te* decorare poſſem.

Benigna qvantis Gratia Numinis
Ornaverit *Te dotibus*, optime
Profecto habent perſpectum Athenae
Leucoreae, ſuper aſtra notae.

Divina certe *Svada Tuo* ſedet
In *ore*, & omnes *dulcia* qvi *Tua*
Verba hauriunt, nae recreantur,
Ac celebrant *Tua rara dona*.

Bellum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692496-p0005-6

Bellum moventem viribus omnibus
Manum Baalis, *forti animo excipis*,
Et dimicantes per catervas
Usqve *qvatis Tua victor arma.*

Hinc mente qvivis Socratica valens,
Patrone, *Temet* judicat omnibus
Honoribus dignum, T*uasqve*
Lucida tollit ad aſtra *dotes*.

Qvid? *Laude* noſter *Saxo Potens* Tua
Motus, *Schraderi* maxima munera
Nuper T*ibi* commiſit, & TE
Splendida Dreſda colitqve, amatqve.

Magnus Parens hinc cum *celebri Domo*
T*ota* capit jam maxima gaudia,
Et pectore omni vota mittit
Fulgida ad aſtra ſereni Olympi.

Pleno ore vates, Aonio choro
Digni, canant haec, ſit licitum mihi,
Claram T*ibi* Dreſdam *petenti*,
Candida vota precesqve ferre.

Fauſto *ito* Dreſdam ſidere cum T*uis*!
Coeli phalanges praeſidio ſuo
Vos usqve cingant, atqve pellant
Tartateras lemurum cohortes!

Nova fruaris per Pylios dies
Sparta, atqve qvovis haec T*ibi* tempore,
Ceu copiae cornu refertum,
Afferat omne bonum atqve fauſtum!

Nutu gubernans cuncta ſuo Deus,
Votum hoc benignis audiat auribus,
Et faxit, ut *Loeſcheriana*
Gloria tempore creſcat omni!

L. M. Q. F.

M. Conr. Ad. VVinckelmannus, P.L.C.
& Sch. Vitemberg. ProRector.

(o)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692496-p0006-2

Ung VI 182

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692496-p0007-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692496-p0008-3

98

Monumentum

Candidi Animi,

Quod

VIRO

Summe Reverendo, Magnifico, Excellentiſſimoque,

DOMINO

VALENTINO ERNE-
STO LOESCHERO,

… Doctori, eiusdemqve in
… mbergenſi hactenus Profeſſori
… celeberrimo, nec non Alumno-
… on. Ephoro Graviſſimo,

Nunc vero

… uciani, qvod Dresdae
… Dioeceſeos illius Antiſtiti, ut &
… ccleſiaſtici Summi Aſſeſſori

vocato,

… ori olim ſuo Optimo,

jam vero

… *& Patrono ſuo Magno,*

Dresdam

… *X. Jul. A. MDCCIX.*

abituro,

offerre voluerunt

… cheriani Nominis
… Sinceri Cultores.

… ris CHRISTIANI SCHROEDTERI ACAD. TYP.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692496-p0009-1